

Maximilianus rex Romanorum, et  
auctor eiusdem regni perpetuus, nos  
tris et regni nostri fidelibus magistro  
civium et consulibus civitatis Gedanensis.

33

Fideles nostri charissimi. Est vobis sine  
dubio bene notum, quomodo Turci, perfidi-  
sissimi hostes christiane religionis, im-  
perium Græcorum, et multa alia regna,  
potestates et provincias, à christianitate  
ad se traxerunt, et populum pene innum-  
merabilem christianorum hominum inter-  
fecerunt et abducerunt, et potestatem eor-  
um ita extenderunt, ut nisi quanto citius  
eisdem Turcis perfidissimis à nobis rei-  
pugnatum fuerit, est tunc in parvo tempo-  
re ad christianitatem in tantum se in-  
tronittent, quod tandem perpetuis tem-  
poribus nobis fiet impossibile, eis iterum  
dominari et repugnare. Nunc quivis sua  
ratione propria discernere potest, quod  
ubi nos cum rege Francia totius chris-  
tianitatis fortiori diutius contendere et  
dissentire debuissemus, quod iterum at-  
que iterum ipsi Turci adversus christi-  
anitatem magis atque magis conspirati  
fuissent, quo magis nocumentum eis ite-  
rum inferrent. Nos igitur tanquam ca-  
put et protector christianorum, huiusmodi

Damna

damna mente revolvimus, ad utilitatem princ-  
cipaliter christianitatis et regni protectionem,  
pacem tandem perpetuam cum eodem rege  
Francia fecimus et conclusimus, et ultra  
hoc pari voluntate decrevimus ex innato  
nobis desiderio, et diu constituta volunta-  
te, contra perfidos Turcos christiani nomi-  
nis hostes, nos semel adhuc ituros unã  
cum papa patre nostro, et prefato rege  
Francia, similiter cum Hispania et Hun-  
garie regibus, Venetis item, et aliis com-  
munitatibus, multa congregavimus, qui ad  
huiusmodi rem tam utilem quam necessa-  
riam, nobis manus adiutrices dabunt et  
auxilium facient. Quocirca admonemus  
vos circa salutem anime vestre, hono-  
ris et debiti, sicut sancta fidei christi-  
ane, et nobis regi Romanorum obliga-  
ti estis, quod nobis sicut vestro domino  
capitali, et protectori christianitatis, fidei  
vestro iuvamine succurrere debeatis, quan-  
tum ratio et salus anime vestre vos  
bis indicat et precipit, et cum huiusmo-  
di iuvamine prefato primo die mensis  
Julij proxime venturo nobiscum fore det-  
beatis, ubicunque fuerimus constituti, cum  
quo iuvamine vestro, Deo volente, toti  
christianitati viam et introitum prepara-  
bimus, quo audacius et fortius ingressum  
ipsorum ad saepe dictos Turcos infidelissi-

mos facere poterint, quoniam sic multi  
 reges paganorum, qui nunc temporis cum  
 Turco dissentiunt et ei contrariantur, ad  
 versus eundem fortificantur, et similiter  
 aliorum, ad quos nostra mandata et li-  
 teras mittimus, qui etiam Turcorum sunt  
 inimici, pariter nobiscum contra Tur-  
 cos commoveantur et inuicentur, ita ut  
 huiusmodi Turcorum propositum nostra  
 unitate debilitetur et annihiletur, et no-  
 stra etiam sanctissima fides seruetur.  
 etiam ut provincie christianorum, que  
 à Turcis hucusque sunt devicta et des-  
 tructa, similiter et homines christiani,  
 à sua tyrannica fide, ad quam à Tur-  
 cis compulsi sunt, rursus ad fidem no-  
 stram convertantur. Faciemus etiam con-  
 tra Turcum nobis in adiumentum cruc-  
 em Christi et Iubileum exclamare per  
 legatum apostolicum in tota christiani-  
 tate, et pecuniam illam impositam, per  
 nostrum et legati illius consilium, acci-  
 pere pro conservatione nostri exercitus.  
 Quam quidem pecuniam etiam postula-  
 re, emovere et recipere debet in convoc-  
 lationem christianitatis, et nos non dese-  
 rere in huiusmodi proposito laudabili no-  
 stro, sicut Deo, sanctæ christianitati, no-  
 bis item, et vestre conscientie facere te-  
 neamini, sicut de vobis confidimus, pro  
 quo

quo proculdubio specialiter mercedem et lau:  
dem sempiternam accipietis, nos quoque  
paratam erga vos voluntatem in omni  
bono nunquam oblivisemur. Datum in  
Hlsburg die decima sexta mensis Januarij  
anno Domini millesimo quingentesimo se:  
cundo, regni vestro nostri 16. regni autem  
Hungariæ 12.

Inclusa cedula continebat.

Et quoniam sicut Turci continuè et sine in:  
termissione, in estate et similiter in hyeme,  
bellis et fraudulentis ipsorum insistunt, pu:  
tamus, quod si nos sepe dictis Turcis inimicis  
nostris viriliter et animosè resistere  
non deberemus; extunc magis ac magis  
eosdem Turcos adversum nos concitaver  
mus, imo et fortificaremur super christi  
anitatem, et plus quam hucusque factum  
est, id circo decrevimus ad spatium unius  
anni pugnare contra saepe nominatos Tur:  
cos, nulla etiam nos hyeme impediante,  
quapropter velitis ad unum annum esse  
avisati.

Predictis literis regis Romanorum  
fabulosis, et petitionibus Sedanensium  
et Elbingensium mota existens ma:  
iestas regia scripsit, et per proprie  
um nuntium Paulum Pott literas  
regi Romanorum misit, quas vide  
sub die 24 Aprilis 1502.